

posuissent^{a)} super sua capita^{b)} hominem nec se alterius quam sui factoris imperio nisi^{c)} eius^{d)} providentia^{e)} subiecissent. Sed ut eisdem regibus et principibus in solio iudicii sedentibus et dissipantibus suo intuitu omne malum^{f)} ¹⁾ innocentia tuta^{g)} persisteret et per eos imposito metu sceleribus, quorum metas^{h)} inundavit diluvium, humanum genus pacis abundantiaⁱ⁾ ²⁾ potiretur, superiorum^{i')} dominio^{k)} naturalem submitti oportuit libertatem. Proinde, cum non nisi a Deo sit principatus quilibet et potestas, decet et expedit, ut omnis anima sublimibus potestatibus sit subiecta³⁾, ne si eis indebite fortasse resistat, ordinationis divine obviet voluntati sibi per^{l)} hoc iusto iudicio dampnationem acquirens⁴⁾ iram^{m)} in die ire sibi dampnabiliter thesaurizet⁵⁾ acⁿ⁾ dampna incurrat temporalia et eterna. Cum igitur *rex regum et dominus dominantium*⁶⁾, qui solus habens in regnis hominum potestatem, quos vult, suscitatur^{o)} super illa, quique reges et regna suo regit arbitrio et disponit, carissimum in Christo filium nostrum^{p)} . .^{q)}, illustrem regem Dacie, vobis in regem prefecerit eumque^{r)} regia stirpe ortum in dicti regni solio ad ipsius regni et vestrum regimen sublimarit, nos, qui regem ipsum eiusque regnum sub nostra et apostolice sedis protectione recepimus^{s)}, grandi desiderio expectantes vos eidem debite fidelitatis et devotionis sinceritate obsequi^{t)} reverenter, universitatem vestram^{u)} monendam rogandam duximus attentius et hortandam per apostolica vobis scripta mandantes ac in remissionem^{v)} vobis peccaminum iniungentes, quatenus dicto regi in etate adhuc tenera constituto et carissime in Christo filie nostre M.^{w)} vidue, illustri regine Dacie, matri eius, prompte fidelitatis et prone^{x)} devotionis debitum exsolventes^{y)}

a) superposuissent N, supposuissent B; subposuissent, *dazu am Rande nachgetragen* preposuissent E b) sua capita] capita sua E c) nisi — providentia *getilgt* E d) *folgt* imperio E e) *verbessert aus* providentie B
f) *folgt* ut B g) tua R h) *fehlt in allen Hss. außer* E i) *habundantia* Hss. i') *superiorem* B, *superiori* E k) *domino* B l) *pro* EN
m) *unde* R n) *et* R o) *folgt* et B. p) *fehlt* E q) *fehlt* BENR;
die Referenzpunkte in R nach illustrem, *in E nach* regem r) *ipsumque* dominus E s) *suscepimus* R t) *obsequii* B u) *folgt* etc.; monendam — peccaminum *fehlt* E v) *remissione* N w) *Marie* E, m.^e R; *die sonst bedeutungslose* Hs. Cambridge, Clare College 14 *hat* Marg. x) *pure* E.
y) *exolventes* NR; *suis* — dicti regni *fehlt* E, *dafür* assistatis eisdem in negotiis dicti regni ad sui conservationem

¹⁾ Vgl. Prov. 20, 8.

²⁾ Vgl. Ps. 71, 7.

³⁾ Vgl. Rom. 13, 1.

⁴⁾ Vgl. Rom. 13, 2.

⁵⁾ Vgl. Rom. 2, 5.

⁶⁾ 1. Tim. 6, 15; Apoc. 19, 16.